



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quæ sunt consideranda coniugio. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

iugium sine commixtione sexuum. Hoc sic secundum superficiem verborum quis acceperit, inducit in errorem tantum, ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariam & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tanton sanctius fuit atq[ue] perfectius, quanto à carnali operi immunius. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum, sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam & plenam tenet figuram coniunctionis Christi & Ecclesiae. Figurat enim illam vniōnē Christi & Ecclesiae, quæ est in charitate sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & Ecclesiae: sed illius tantum, qua Ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionē carnis, capitim membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia vt ait Aug. In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam secunditas vētris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniū debent. Vnde Apost. ait, Viri, diligite vxores vestras, vt corpora vestra.

QVÆ SVNT CONSIDERANDA IN CONIVGIO.

DISTINCT. XXVI.

POst hæc aduertendum est, quid sit coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugij, & causa propter quam contrahi debeat, & quæ sit bona coniugij, & quomodo per ea excusatetur coitus carnalis, quæ sint legitimæ personæ ad matrimonium. Sunt & alia plura in matrimonio consideranda, quæ sub compendio perstringemus.

Quid sit coniugium.

Sunt ergo nuptiæ vel matrimonium viri, mulierisq[ue] coniunctio maritalis, inter legitimas perso-

B
nas,
indi-
conf-
pote-
viu-
copi-
beat-
rum
E
sus,
fatu-
vru-
vxo-
nij.
verb-
ficit
quo-
ctio-
con-
teir-
A
C
sub-
Con-
Suf-
de c-
fort-
coit-
Mat-
tas:
tem-
iugi-
con-
faci-
cess-

Ephes. 5. 8.

*Aug. in libr.
de bono coniugali, c. 18.
en. 6.*

Ephes. 5. c.